1419. Medius Augusti. 22/8. Ex Herald Paproc.

127.

27

Nos Joannes de Sprowa Judex et Zavisius de Oleszmica Subjudex Terrae Sendomiensis Generales universis cupimus fore notum quibus expedit praesentium per tenorem quia Serenissimus Princeps et Dominus Dominus Vladislaus Rex Poloniae, noster Dominus gratiosus nolens Nobilem Petrum Strzala in Sosnowice Haeredem de Regno suo dimittere sed illum volens pro suo terrigena habere commutationem quam idem Petrus fecerat cum Nobili Nicolao dicto Strzyz de Radocz de Ducatu Osviecimensi pro villa sua dicta Sosnowicza quam per modum commutationis praedicto Nicolao pro villa dicta Radocz dare debebat. coram nobis et coram judicio suae majestatis cum aliis Dominis praesidebamus in Nova civitate prohibuit interdixit quod nullo modo transiret ad effectum inhibendo etiam nobis ne fide jussores qui pro hujusmodi commutatione quaeque cavebant Nicolao memorato pro jam dicto Petro indicarū nec quisque judicium audeant judicare. Quia et nos fecimus justa praeceptū suae mattis Excelsissimū, harum quibus in testimonium nostra pntibus sigilla sunt appensa. Actum et datum in Nova Civitate Korczyn, Domino nostro Rege protunc ibidem existente. Feria secunda proxima in octava Assumptionis Mariae Virginis. Anno Domini 1419.

Pawłowski.